

proportionaliter ministrabit, ad earundem vero lumina comparanda quinque residuos solidos dispensabit. Praeterea praedictam matronam digne deo commendandam orationum ieiuniorum elemosynarum missarum omniumque bonorum, quae in nostra ecclesia apud nos et nostros successores Cristo poterunt obnixius exhiberi, participalem perhenniter approbamus confraternitatis nostrae sibi immutabile consortium condonantes; et ut huius paginae ordinatio rite et rationabiliter a nobis et nostro capitulo instituta interminabiliter inconvulsa permaneat et illaesa, sigilli nostri et capituli nostri munimine eam unanimiter decrevimus roborari. Testes quippe huius facti sunt infra notati, Cunradus plebanus de Rithmitz, Heynricus, Nycolaus, Wernherus milites et Gerlacus de Hunsperch, Heynricus marschalcus de Gnannensteyn et quam plures alii fide digni. Datum et actum in Misna anno domini millesimo trecentesimo in die beatorum Prothi et Jacincti.

Nach dem Chartul. monast. s. Afrae I. fol. 7 u. II. fol. 56^b.

No. 189. 1302. 31. März.

B. Albert bestätigt die Indulgenzbrieife mehrerer Erzbischöfe und Bischöfe für das Afrastift und fügt aus eigener Machtvollkommenheit 40 Tage hinzu.

Nos Albertus dei gratia Misenensis ecclesiae episcopus praesentibus recognoscimus profitendo, quod indulgentias venerabilium patrum Petri Arborensis archiepiscopi etc. (No. 172) nec non Philippi Salernitani archiepiscopi etc. (No 185) ac Erii et Burcardi archiepiscoporum Magdeburgensis, Lutolfi Nuenburgensis, Heinrici Mersiburgensis, Volradi Halberstadensis et Heinrici Hawilbergensis episcoporum, ecclesiae sanctae Afrae regularium canonicorum in Misna indultas datas et concessas, prout indultae datae et concessae sunt, gratas et ratas habentes, invocato Christi nomine in his scriptis nostra auctoritate ordinaria confirmamus, superaddentes praedictis indulgentiis dies misericorditer quadraginta de omnipotentis dei misericordia nos confisi. Datum Worsin anno domini M^oCCC^o.II^o pridie kalen. Aprilis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit einem Siegelbruchstück an einem Pergamentstreifen.

No. 190. 1304. 23. Jan.

P. Benedict XI. befiehlt dem Archidiaconus von Nisan im Domcapitel zu Meissen, da der Markgraf Friedrich und Bernh. von Kamenz das Afrastift beeinträchtigt, diese zu hören und Entscheidung zu treffen.

Benedictus episcopus servus servorum dei dilecto filio .. archidiacono Nisnensi in ecclesia Misnensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis .. praepositus et conventus monasterii sanctae Afrae Misnensis per praepositum soliti gubernari ordinis sancti Augustini, quod nobilis vir Fredericus marchio Misnensis et Berhardus de Kamenz miles Misnensis diocesis super terris debitis